



PRAEFATIO  
AD LECTOREM.

**V**iam pacis ecclesiasticae  
sternant, consiliaque ireni-  
ca, etiamsi non requisiti  
fuerint, suppeditent alii,  
qui recte se facere existimant; ego  
alienis negotiis me nolim immisce-  
re, atque in re ad summam Potestatem  
pertinente, non rogatus, sententiam  
dicere. Interea viam aliquam (sunt  
enim plures, quarum una alteri aut  
reliquis non est contraria, sicut ad  
hanc vel istam civitatem, a quatuor  
mundi plagis, plures dantur viae,  
& a circumferentia ad centrum plu-  
res lineae, quae inter se non pugnant,  
neque se mutuo evertunt) ab aliis  
calcatam, innocenter ac citra ullam  
*πολυπραγμοσύνην*, commonstrare pos-  
sum